

stibus ac dicto benedicto per quoddam Instrumentum puplicum dicte procurationis procuratorio nomine et pro parte domini Gentilis ex altera parte, dictus nicolaus procurator ostendit nobis et puplice legi fecit dictum Instrumentum procurationis sue quod vidimus legimus et inspeximus diligenter et per omnia continentie subsequentis †. Anno domini Millesimo Trecentesimo quadragésimo tertio, Regnante domina nostra Iohanna *etc.* Regnorum eius anno primo, Mense Augusti die ultimo eiusdem undecime Inditionis apud delictum. Nos Riccardus de Tabecto Annalis delicti Iudex Illicteratus, Scalionus Iudicis Iohannis de fogia puplicus per totam provinciam Capitanate Regia auctoritate notarius testamur. Quod predicto die Nobis constitutis Coram presentia Magnifici viri Gentilis de Sancto Georgio Baronie delicti domini ad ipsius Gentilis preces Instanciam morantis in castro dicte terre delicti, dictus Gentilis coram nobis asseruit ibidem; se habere tenere et possidere intus in dicta terra baroli in pictagio Cambii Medietatem pro indiviso unius domus site inter hos fines vtdelictet a Medio castro iuxta domum domini Iohannis Manselli a medio pariete iuxta domum heredum Macziocti lignoli iuxta viam puplicam et alios confines, cuius domus Reliqua medietas pro Indiviso est Monasterii sancte clare de barolo, propterea dictus Gentilis voluntarie cum tota debita sollempnitate *etc.* constituit *etc.* et nominavit suum legitimum universalem et generalem procuratorem Nicolaum de Altamura familiarem et massarium suum, ibidem presentem et onnis procurationis ipsius in se sponte recipientem et substipulantem ad conferendum se procuratorio nomine et pro parte dicti Gentilis ad dictam terram baroli dictamque medietatem dicte domus pro indiviso cum omnibus iuribus *etc.* vendendum *etc.* ipsosque emptores seu alios pro eis in vacuum et corporalem possessionem *etc.* ponendum et inducendum *etc.* ad recipiendam pensionem ab inquilinis *etc.* ad faciendas debitas apodixas puplicas et privatas *etc.* roboratum † signum crucis proprie manus Riccardi de tabecto q. s. Iudicis scribere nescientis † Ego dominus petrus signulfus de neapoli militis testis † Ego Iohannes bassus de neapoli testor † Ego Iacobus de franco de terrisio de Galiano de barolo testis sum † Ego Nicolaus de Rocca de neapoli testor. Cuius prescriptum procurationis auctoritate dictus nicolaus de Altamura procurator dicti Gentilis *etc.* et eius heredes consentientes prius in nos cum scirent *etc.* non esse, nec se et dictum Gentilem fore nostre iurisdictioni subiectos *etc.* vendidit *etc.* et assignavit eidem benedicto de Maroldo *etc.* dictam medietatem pro Indiviso dicte domus *etc.* cuius reliqua medietas est et esse dicitur Monasterii Sancte Clare de barolo *etc.* Ex qua venditione *etc.* dictus Nicolaus procurator manualiter recepit et habuit *etc.* in carlenis argenti boni et iusti ponderis sexaginta pro uncia, Uncias quindecim ponderis generalis *etc.* dictus nicolaus *etc.* immisit eundem benedictum, in vacuum et corporalem possessionem *etc.*

† Ego nicolaus f. ade testatur (*sic*).

† Ego leonardus de ciffaro testis sum.

† Ego Nardus f. Iohannis Piczi Testis Sum.

† Ego Magister nicolaus de varo spetialis testis sum.

† Ego nicolaus de Riso testor.